



**Ad frivolas calumnias, et cavillationes sophisticas Danielis Hoffmanni Doctoris Theologiæ. Responsio ministrorum Ecclesiae Bremensis, Qua monetur Hoffmannus, ut suo se pede metiens, & secum habitans, ad sobrietatem sapere discat, neq[ue] supra quàm sapere oportet, sapiat.**

<https://hdl.handle.net/1874/422201>

AD FRIVOLAS  
 CALVMNIAS, ET CAVILLA-  
 TIONES SOPHISTICAS DA-  
 NIELIS HOFFMANNI  
 Doctoris Theologiæ.

R E S P O N S I O  
 MINISTRORVM ECCLESIAE  
 BREMENSIS. Qua monetur Hoffman-  
 nus, ut suo se pede metiens, & secum ha-  
 bitans, ad sobrietatem sapere discat,  
 neq; supra quam sapere opor-  
 tet, sapiat.



B R E M A E  
 EX OFFICINA T Y P O G R A P H I C A  
 Theodori Glückstein.  
 ANNO C I D I O X X C I I I .

220

221

222

223

224

225

226

227

228

229

230

231

**N**itium omnis peccati Su-  
perbia est, inquit Siraci-  
des. Id in Danielem Hoff-  
mannum, Theologum no-  
uitium, confidentem, au-  
dacem, Verissimè congru-  
ere, non solum mores eius fastuosi, illis ipfis  
ut audimus, quibus cum quotidie conuersa-  
tur, penè intolerabiles, sed etiam Scriptum  
recens euulgatum, cui titulum fecit prime  
partis Questionum & Responsorum, eui-  
dentissimè ostendit: In quo de grauissima  
Cæna Dominicæ controuersia, arrogantissi-  
mè judiciū sibi sumens, & in magna, quam  
sibi erroris sui opinione tribuit, authoritate,  
nihil nisi conuictia in alios spirans, & Ca-  
uillationes Vanissimas inani & obscuro  
Verborū strepitu ebuccinans, ex Contumelia  
& insectatione aliorum, famam laudemq;  
sibi Comparare: & turgido atq; affectato  
Sermonis grandiloqui genere, & Sophisma-  
tum prestigiis fraudulenter excogitatis,  
Controuersiam węgi pñlōu nęi dravoidas Ver-  
borum Cæna Dominicæ, inuoluere atque  
ob-

obscure magis, quam sinceré & candide ex-  
plicare conatur.

Respondebunt autem maledicentia &  
Sophistica huius ostentatoris, (si modo dig-  
num responsione judicauerint) q̄, quos nomi-  
natim ad respondendum prouocauit.

Nostræ uero Ecclesie Confessione (quam  
Anno ab hinc tertio extorserunt nobis Ca-  
lumnia nostrorum aduersariorum) cùm nub-  
la re lacesitus à nobis, in suo illo Scripto pe-  
tulantissime traducere, & ministerium no-  
strum exquisitis Conuictiis procaciter defor-  
mare conatus sit: Etsi (ut Cypriani verbis  
utamur) Errantis imperitiam silentio sper-  
nere, quam respondendo dementis insan-  
am augere malueramus: Tamen ne diffi-  
dientia esse videatur, (ut idem ille Cypri-  
nus ait) si taceamus, & dum criminaciones  
falsas refutare contemnimus, crimen vide-  
amur agnoscere: quanta breuitate fieri pote-  
rit refutabimus illa, qua superbus iste, non  
tam Theologus, quam Sophista, magno sed  
frustraneo conatu cōtra nos afferre molitur.

Vnus est enim locus in Confessione à  
nobis

nobis germanicé edita, quem calumniando  
& finistré interpretando peruertere audet:  
Quem Latiné conuersum subijciemus prius,  
quám calumnias Sycophante istius refute-  
mus. Hac igitur verba nostra fuerunt.

Si quis velit, simpliciter atq; omnino remoue-  
re figuram omnem a propositione principali insti-  
tutionis Cœne, & soli literæ inhærere, nulla decla-  
ratione adhibita, Ei cogitandum sanè fuerit, an-  
non hac ipsa ratione, omne inter externa signa gra-  
tie, & res signatas discriminem tollatur, quod tamen  
in Ecclesia retineri necesse est, cùm signum & res  
signata nequaquam unum & idem esse possint, se-  
cundum Substantiam & naturam suam: Sed  
disparata sint & maneant. Illud enim terrenum,,  
hoc vero Cœleste quiddam est. Qua de causa &  
D. Lutherus scripsit, Turpisimum esse, uel unum  
inneniri Episcopum, qui nesciat Sacramentum à  
Corpo Christi distinguere, que sic differunt,  
ut nec oriens nec occidens tantum differant.

Nec vero sublato discrimine intersigna & res  
signatas, aliud sequi potest, quám Stabilitio seu  
Confirmatio universæ illius idolatriæ, qua inde  
usq; ab initio mundi ex prauo intellectu & abusu  
Sacramentorum extitit. Si enim Sacramentales  
locutiones omnes, sine figura ulla accipiende sunt,  
anon Sacraenta Dei pro Deo ipso habebun-  
turi aut certè Deus, eiusq; efficacia diuina signis

Confess.  
Brem.  
O iiii.

A 3 inclu-

includetur? Perinde ut Chaldaei ignem Sacrum, quem Orimasda vocabant, & postea Israëlite arcam fæderis, & serpentem æneum in deserto numinis loco habuerunt, & Papistæ abhuc hodie hostiam Consecratam idoli instar habent, & Christum nominant. Talam enim dicunt, hoc quod Sacerdos manu sua tenet, Dominum Deum nostrum esse, & quoties in Celebration Missa hostiam eleuant atq; ostentant, adorari eam à Populo iubent, & per Plateas, & circum oppida, & magis solenni pompa circumferunt, & pixidi inclusam in templis proponunt, ut adoretur à præteriuntibus, & hunc totum cultum Christo ipsi exhiberi sentiunt.

Quod cùm fidei Christianæ fundamento aduersetur, & non nisi horribilis idolatria haberi & nominari possit, Cæcum esse oporteat, qui in tanta luce videre atq; intelligere nolit, Sacramentales locutiones per figuram aliquam accipienda esse, **S I V E S Y N E C D O C H E** illa nominetur, ut Lutherus, Brentius, Bucerus loquuntur, **S I N O M E T O N Y M I A S A C R A M E N T A L I S**, ut Philippus & alij multi eruditorum loqui solent.

Quod si quis operam nauauit literis, & in Scholis dedicit, quomodo gradus predicationum, discernantur, qua sit regularis, que figurata predicatio, & quod discriminis inter tropos & figuratas, ei ut hanc disputationis partem attentius Consideret, sequentes Commonefactiones, qua sunt perspicie

perspicue & euidentes, cogitandas proponimus.

Disparata sunt, seu differunt hæc duo in usu  
Cœna, quo ad Substantia, & proprietates naturales,  
Signum & res signata: Signum est Panis Eucha-  
risticus factus ex frugibus terre. Res signata est  
Corpus Christi, quod Filius Dei ex Maria Vir-  
gine matre assumptum personaliter & inseparabi-  
liter sibi Vniuit.

Vniuersaliter autem disparata, id est, quo-  
rum Substantia diuersa sunt, Vnum idemq; esse  
non possunt, quandiu non mutantur neq; commis-  
centur: Neq; proprié, uel regulari & Synonyma  
predicatione Vnum de altero dici potest: Sed  
quoties de se inuicem prædicantur, aut figurata  
est, aut inusitata prædictio. Ex quibus hec, vi-  
delice inusitata prædicationis forma (quam in  
suis illis Dialecticis Eretematis Philippus Mel-  
lanthon sic nominat) tantum ad propositiones de  
Filio Dei pertinet, quæ vera sunt per Communi-  
cationem Idiomatum: (Et si non diffitemur quas-  
dam rectius nominari fundamentum Communi-  
cationis Idiomatum ut verbum caro factum est.)

Non igitur potest hæc propositio, Hic Panis est  
Corpus Christi, uel regularis, uel inusitata prædi-  
ctio esse, sed Sacramentalis figura seu prædictio  
rectius nominabitur.

Præterea Si Panis Eucharisticus, sive figu-  
rata, aut Sacramentali prædicatione simpliciter  
& proprié Christi Corpus diceretur: Necessario

A +

conse-

consequi oporteret: Etiam de pane dici posse, quod pro nobis factus sit Victimā in atra crucis, Imo quacunq; de Corpore Christi, sine humilationis sine glorificationis tempore uerè dicuntur, ea de pane quoq; propriè dici possent: iuxta axiomā quod de regulari prædicatione in scholis traditur: Quicquid est prædicatum prædicati, est & prædicatum subiecti.

Fam vero sani omnes intelligunt, panem consecratum nequaquam pro nobis traditum, neq; mortuum pro nobis, neq; resuscitatum, neq; glorificatum, neque in calos ad dexteram Dei euectum esse. Quæ omnia tamen de naturali Corpore Christi rectè vereq; dici possunt.

Non constat igitur hec propositio (Hic panis est Corpus Christi, quod pro nobis est traditum) regulari & Synonyma prædicatione, sed est figurata seu Homonyma.

Hic Syllogismi ita euidentes sunt, ut Papistæ etiam ultrò fateantur, Si panis in Cœna substantiam suam retineat, hanc propositionem, Panis est Corpus Christi, impossibilem esse per omnem potentiam propter implicationem Contradictionis. Idq; de speciebus Panis etiam concedunt: Propriè & regulariter dicti non posse: Ista Species est Corpus Christi pro nobis traditum. Vnde & demonstrativum Hoc, post consecrationem, non ad panem aut speciem panis, sed ad id quod per transubstantiationem ex pane factum sit, Videlicet

cet ad ipsum Christi Corpus referunt, mirificis præstigiis interim ludentes de appellatione Vagi individui De quo, qui volet Scripta illorum inspicere re poterit, cum lingua Vernacula, apud Plebeios homines minus commodè ista exponi possint.

Fatentur & hoc Papista, Si quis propositionē Christi ad eum modum interpretari veit, sicut Scholastici quidam facere ausi sunt, & hodie pleriq[ue] ex aduersariis nostris acerrimè dimitant, ut equipollentia statuatur inter has propositiones: Hoc est Corpus meum: Et sub hoc, vel in hoc pane est Corpus meum: Tum nequaquam retineri literam. Ita enim pro Hoc, aiunt, adverbium Hic reponi, quasi dixerit Christus. Hic est corpus meum: Non autem, Hoc est Corpus meum, &c.

Hactenus locus ille, quem ex Confessione nostra rūm Sophistice deprauandum, tum Sycophantice exagitandū Matæologus Hoffmannus sibi proposuit, Vèl ut glaucomam oculos juventutis scholastice offunderet, Vel ut labem & maculam aliquam ministerio nostro aspergeret.

Est enim thesaurus hic in lingua situs superbis atq[ue] inuidis, qualē se esse argutator iste prodit, Ut quæstui habeant Malè loqui de melioribus.

Videamus ergo, quomodo in theatrum  
producat suam ipsius, secundum Polybij d-  
ctum, angostiar & arrogantiam.

I. Primum enim ex sua natura atq; inge-

Quest. Hoffman Quod alios estimans SUPERBI & arrogantia  
tis esse, ait, de hoc argumento scholastico in scripto  
Pag. 29. germanico SINE NECESSITATE dis-  
putationem instituere. Et ut semel Verecundie  
fines egressus gnauiter sit impudens, à no-  
bis prouocari singit eos, qui in scholis, doctrinam  
de prædicationibus didicerint. Quin & in dubio  
hoc nos proposuisse nugatur, num sint aliqui ta-  
les perinde, ac si ipse cum suis vix à limine salu-  
tarint ea, qua nos propius cognoverimus.

Nobis vero, (cum propositum esset,  
quām fieri posset evidentissimè, ob oculos  
ponere aduersariis nostris Vanitatem accu-  
sationis illius, intētata nobis ab ipsis, Quod  
falso doceremus: Pertinere verba Christi ad  
modū prædicationis figuratū) justissima fuit  
allata necessitas demonstrādi, non nos sed e-  
os ipsis falli, qui modū prædicationis figura-  
tum esse negant in propositione illa. Panis  
est Corpus Christi pro nobis traditum,

iste

Iste verò superbus & arrogans Conuictior, cùm neq; Occasiones neque Scopum disputationis nostræ consideret, quam necessitatem allegare potest, Cur tām petulanter ac procaciter nos incessat, non prouocatus à nobis, sed ut ipsemet sese viuis coloribus depingit, Suarum laudum prædicator superciliosus, temerè sibi blādiens atq; inconsideratè nos prouocans? Idque ad eum modum. ut præsuperilio & fastu, quo non à limine salutasse, sed exhaustisse se omnia putat, ne quidem Vim atq; proprietatem Sermonis Vernaculi animaduertere potuerit amplius.

Nam quia ex aduersariis illis nostris, à quibus accusati fueramus, aliquos fore persuasum nobis erat, qui non planè rudes essent præceptorum Dialecticæ: Monendos hos putauimus, ut vel ex vulgaribus Dialecticæ præceptis, quæ in scholis aliquando didicissent, agnoscerent, falso errorcm nobis in eo tribui, quod modum attributionis prædicati ad subjectum in propositione illa Cæna figuratum nominaremus. Ergo Non (ut iste singit, prætextum querens suis aduersus

sus nos injurijs ac contumelijs) quenquam  
nos prouocauimus, sed ab alijs prouocati, re-  
spondere de his, quæ Criminis loco objecta  
nebis fuerunt, coacti suimus: Neq; nos alijs  
anteferre, sed rationem sententia nostre  
reddere, & si qui Commonefactionem no-  
stram admitterent, eos ab iniquissimis accu-  
sationibus aduersus nos abducere voluimus.

II.  
Pag. 29. Non autem contentus reprehensio-  
ne Consilij nostri, Ut ferociam ad fastum  
quem præ se feri intolerabilem addere videatur.  
(Ita enim homini isti mos gerendus est, ut  
Echo verborum ipsius ad authore resultet.)  
Naturam vocum & predicationum à nobis con-  
fundi ait. Ehò vero bone Vir, Confunderéne  
tibi naturam Vocum & predicationum vi-  
dentur, qui verba singula à modo attribu-  
tionis expressè discernunt? Quiq; inculcant  
toties, se contra adversarios suos in hac Car-  
sa hoc ipsum contendere, Quod nimirum in  
hac propositione; Hoc est Corpus meum, quod  
pro vobis traditur; non regularis seu Syno-  
nyma, sed figurata sive homonyma sit predi-  
catio? Falleris ergo & fallis, pluresque errores  
Cumulas

Cumulas Hoffmannae (ut rursus verba tua  
tibi reponamus,) dum quæ toties in Scriptis  
nostris occurrunt, aut Callide dissimulas, aut  
impudenter negas.

Postea præmittere nos dicis explicacioni  
argumentorum nostrorum lumen ex discrimine  
inter Tropos & figuras, neq; tamen eius usum  
nos habere ait. Et quasi solus sapias, Reliqui  
autem, quos ex alto despicere videris, velut  
umbra vagentur; Pueriliter exultas in  
Tropis & figuris discernendis, Cùm nemo sit  
vel leuissime tintus literis, qui non intel-  
ligat, Figure nomen latius patere quam tro-  
pi. Quam vero tu negas à nobis positam esse  
applicationem huius distinctionis, eam non so-  
lum oculis cernere, sed manibus palpare cer-  
te potuisses, nisi animi tui morbus te pro-  
hibuisset. An enim qui figuratam P R A E-  
D I C AT I O N E M esse dicunt in proposi-  
tione Christi, eo ipso non satis significant, se  
figuram referre ad Complexum integrum?  
In hoc enim de attributione predicati ad  
Subjectum agitur.

III.

Quod autem non simpliciter figuratam, Pag. 29. b  
diximus

IV.

diximus pradicationem esse: in eo cum fateri  
cogaris, differentiam nos monstrare voluisse inter  
Communes locutiones figuratas & Mysticas.  
Quid est quod calumnieris, non satis commo-  
de nos locutos esse, Item laborare nos in sententia &  
perspicuitati deesse, cui lumine accendere voluerimus?  
Quae quorsum tendant, ita obscure proponis,  
ut te ipsum intelligere quae dicis, non pote-  
mus. Si enim agnoscis, Suggestere nos voluisse,  
ut tu barbarè loqueris, Communium & my-  
sticorum troporum & figurarum discretionem,  
Cur ait, nos figuratarum pradicationum Clas-  
distinctas neglexisse? An qui Communes &  
mysticas figuratas discernit, is Vnam atque  
eandem Classem omnium figurarum consti-  
tuit? Cur autem Synecdochen Lutheri p̄ntw  
(nimirum Sacramentali) repugnare negas.  
Pbilippi vero Metonymiam Sacramentalem ca-  
lumniōse abycis? Cum nos quidem ad λογοπ-  
χias vitandam de diversis appellationibus  
figurarum (de quibus ne ipsi quidem gram-  
matici inter se consentiunt) eodem sensu ut-  
ramq; interpretatisimus, non de nudis sig-  
nis, sed de exhibitione rei signatae in usu  
signi legitimo? Quid ergo de larua singularis  
tropi

tropi blaterai? Cur Metonymia Sacramentalis definitionem probatam confici posse negas? Cur predicationis significatum peruerteret nobis aīs contra declarationem Christi? Perinde quasi non ejus Corporis, quod pro nobis traditum est, sed imaginarij alicujus & phantastici Corporis, (quale vos sub pane delitescere fingitis) exhibitionem & novariorū in usu Sacramenti ponamus?

Sed hæc tu quasi levi velitatione commissa, abrumpens, tandem ad Syllagismos  
nostros accedis.

v.

Et in primo illo non probare te dicas, quod Syllogismum numero distinctum polliciti, variarum rerum intricate Coäceruationi studuerimus: Et in medio relinquere te scribis, num rem extricare aut non potuerimus, aut voluerimus, quorum Neutrū sit laudabile, cum nescire turpe sit arroganti sibi pre alijs eruditōnē peculari, Noluisse verò malitiosam habeat fraudem omnibus bonis fugiendam. Profectō verum est, quod dici solet: Nihil tutum est à mortuī Sycophantā. Nihil enim tam planè, tam circumspectè dici potest, quod linor hominis improbi calumniari aut peruertere non sole-

at.

at. Prouocamus autem ad judicium lectoris candidi, utrum Sciolus iste, (qui quod alios sibi eruditionem peculiarem arrogare scribit, haud dubie mutato nomine, de se intelligi voluit) sine voluntatem, sine facultatem perspicue proponendi animi nostri sententiam desiderare hoc loco in nobis jure potuerit.

Quid enim planius est hoc Syllogismo nostro, si ad precepta artis reuocetur?

Nunquam possunt disparata, propriè aut regulariter de se inuicem dici, sed quoties id fit, aut figurata, aut (quam speciem Philippus primum addidit propter doctrinam de filio Dei) inusitata est predicatione.

Hæc autem sunt disparata: Panis Eucharisticus, & Corpus Christi.

Ergo de Pane non predicatur Corpus Christi propriè ac regulariter, Cumque nec inusitata predicatione hoc congruat (quam Philippus tantum ad propositiones de filio Dei incarnato refert) figuratus est haud dubie modus predicationis in hac propositione: Panis est Corpus Christi.

Sed

Sed in germanico, aīs, pluribus verbis, res  
variae intertextae, & ut tu loqueris, coācernata  
sum: O Aristarchum perspicacem, aut Vitili-  
tigatorem potius futilem. Declarationis  
causa, & præcidendi Caūillationes adverfa-  
riorum studio, illa sunt addita, quæ tu ca-  
lumniaris omitti debuisse. Quæso te vero, si  
prætermissa illa à nobis fuissent, an non tu,  
qua contendendi libidine estuas, vocife-  
raturus essem declarationis causa addi debu-  
isse? Quid igitur nisi paremiam prouerbia-  
lem tibi opponamus, qua Salvator noster ad  
Iudeos utitur? Cui assimilabitur generatio-  
ista? Similis est puerulis, qui sedent in foro,  
& acclamant Sodalibus suis, ac dicunt: Ti-  
bia cecinimus vobis, & non saltastis, Lamen-  
tati sumus vobis, & non planxistis.

Verum quia nominatim deinceps reci-  
tas, qua in Syllogismo nostro desiderare te  
dicis, age videamus que illa sint.

VI.

Disjunctivum Syllogismum, aīs, nos insti-  
tuīssemus, cuius maior propositio trium sit partium,  
propter tres species prædicationum: Et vel Oscila-  
tantiam vel dolum habere nugaris, quod paulo  
ante lectors tales postulaverimus, qui tamum,

B

quid

quod regularis, quid figurata prædicatio sit, norint.  
In usitata certè, inquis, in primis noscenda esset, Vt  
qua de remotione eius tandem subjiciuntur, proba-  
ri possent. Hæc tua sunt, qui dum in Scirpo,  
quod aiunt, nodum queris, utrumq; & do-  
lum & oscitantiam tuam prodis. Ideo enim di-  
scrimen inter Regulares & figuratas prædi-  
cationes prius disertè inculcavimus, quod  
veteres, siue Peripateticos, siue Patres, siue  
scholasticos, has duas tantum Species, non  
plures posuisse constet, Idq; eo ipso significa-  
vimus, quod Damasceni bimembrem divi-  
sionem toties allegauimus: Videlicet quod  
prædicatio omnis, aut Synonyma sit, quæ re-  
gularis est: aut homonyma, quæ est figurata,

Quia tamen D. Philippus bono consilio  
tertiam speciem prædicationis addidit, prop-  
ter doctrinā de Filio Dei, hanc quoq; in Sylo-  
gismo à nobis proposito minime dissimula-  
vimus, Sed ad prædicationes Sacramentales  
illam non congruere ostendimus. Quod  
nunc quoq; sineulla dubitatione asserere  
posse videmur, cùm autor ipse, qui primus  
hunc modum prædicationis in preceptis Dia-  
lecti

lecticis posuit, nunquam ad Sacramentales propositiones, sed expresse atque disertè ad eas tantum, quæ vel unionem personalem describunt, vel quæ per Communicationem Idiomatum vera esse dicuntur, prædicatio nem inusitatam retulerit?

VII.

Quale vero artificium Sycophanticum Pag. 30.b est, Cum etiam in voculas singulas inquiren̄s, Censoria Virgula tanto cum supercilie Hoffmannē, notas, quod diximus: Univer saliter duo disparata non posse unam aliquam rem esse. Hac, inquis, particula, (Uniuersaliter.) in germanico, cuius compositio nimis sit horrida, ita posita est, ut non tantum imperitor dubitare possit, num sit distinctionis in disparatis determinatio, an vero ad negationem pertineat, sed etiam constante posteriore, ambigua Syntaxis maneat, num eadem particula quantitatis moderamen, vel Quantitatis maxima indicationem prestet, hoc est, num hac sit sententia: Unam rem non esse alteram, in uniuersum scilicet: num vero hac: Uniuersaliter verum esse, quod una nequeat esse altera. Prior sententia esset parata effugio, si obijceretur instantia, quam isti formantes theſin tum animo & verbis non essent complexi. Qui. n. negat, quod aliquid se hoc vel illo modo uniuersaliter habeat, particula omnia non deſtruit. Sed natura ar-

B 2 gumen-

gumentationis postulat, ut uniuersalem Negatio-  
nem intelligas.

Quæso te, quid est nodum in scirpo que-  
rere, Si hoc non est? Et nostra ne, an tua  
Oratio obscura est & horrida? An non, qui  
in germanico idiomate dicit: Das durchaus  
vnd in gemein/was zweyerley vnd vnterscheiden  
ist / kan nicht ein einiges ding sein / hoc ipsum  
significat, quod prorsus nulla disparata, v-  
num aliquid secundum substantiam seu es-  
sentiam esse possint, Idq; tuipse, volens no-  
lensq; fateri cogeris: Ipsam naturam argu-  
mentationis postulasse, ut uniuersalis negatio in-  
telligatur.

VIII. Qualis etiam illa est Cavillatio que se-  
Pag. 31. quitur? Nondum mittere possum inquis, Vo-  
cem uniuersaliter. Negatio enim duplex distin-  
ctè datur per particulam disiunctiunam. I. Vnum  
non posse esse alterum. II. Neque propriè vnum  
de altero dici posse. Posterior admitit notam ma-  
ximæ Quantitatis, quia modum proprium deter-  
minatum habet, in quo uniuersitas comprehen-  
sa est. Prior vero non restricta ad certum impossi-  
bilem modum, latior relinquitur, ideoq; uniuer-  
salis negatio, quod vnum sit alterum, incommoda  
est, reiiciens etiam ea, que natura sua non com-  
pletebuntur. Non inquam, rectè dicitur: nullo mo-  
do

do verum disparatarum unam posse esse alteram.  
Non enim satis est, mutationem & confusione  
excepisse, quod ipsum tamen impertinenter fit, ut  
postea dicatur, sed manet modus possibilis, qui  
nō mutationem, nō confusionem habet: Ut  
cum dico, Panis est Corpus Christi. Hac cūm  
vera sit oratio, & unum esse alterum dicuntur,  
citra mutationem & confusione, non omnes  
modos possibiles excepereunt: qui quod de modo lo-  
quendi obseruarunt, in modo essendi prius conside-  
rare debuerint. Aut si hoc excipere noluissent, id  
quod tamē intentio illorum flagitabat, interim mo-  
dum essendi necesse fuisset, ita certo generē describi,  
ut universalitate citra instantiam locus posset esse.

Non dubitamus lectorem legentem  
ista, Delium natatorem requirere. Ita velut  
ex antro Trophonio egressus fastuosus iste  
Theologus, & vultum tetricum, & oratio-  
nem obscuram p̄f se fert. Et tamen, si Dis  
placet, perspicuitatem in alijs maiorem de-  
siderat. In quo ne officio nostro deesse videa-  
mur, conabimur planius efferre non modo  
nostram sententiam, sed etiam, que in con-  
trarium afferuntur ab hoc aduersario no-  
stro.

De disparatis ergo utrumq; negavi-

mus, I. Quod unum possit esse alterum.  
II. Quod propriè unum de altero dici possit.  
Ex his concedit Cavillator iste, Veram esse  
posteriorem propositionem, quod scilicet nulla  
disparata regulariter de se inuicem prædicari que-  
ant. Agnoscit enim hanc vniuersalem nega-  
tivam veram esse: Priorē vero illam negat  
vniuersaliter verā esse, quod videlicet nulla  
disparata possint esse res una & eadem. Mu-  
tat autem fraudulenter & Sophistice  
tūm verba, tūm sententiam nostram.  
Quod enim à nobis dictum est, Re-  
rum disparatarum una, non potest esse altera,  
id est, Substantia in disparatis non potest  
esse eadem, id per fallaciam plurium inter-  
rogationum, transformat in hanc proposi-  
tionem: Nullo modo rerum disparatarum una po-  
test esse altera, Et ut instantiam assevera-  
tioni nostre opponat, exemplum profert  
sumptum ab unione Sacramentali, que non  
mutat substantiam, sed relationem tan-  
tum. Neg̃ verò quisquam negauit, Panem  
mutatione Sacramentali fieri & esse Cor-  
pus, id est, Sacramentum Corporis Christi.

Neg̃

Negat de hoc queritur, Sed probet iste, si potest; Panis essentiam esse ipissimam essentiam Corporis Christi. Quod ne Papistae quidem dicere audent, qui pro mutatione Sacramentali, (de qua veteres Scriptores loquuntur) transubstantiationem invenerunt, Ideoq; non essentiam panis dicunt esse Corpus Christi, sed ex eo, quod panis fuit, jam Corpus Christi factum esse docent-

Nec vero exceptione nobis opus fuit ad removendam hanc instantiam, quam Octavus iste Sapientum profert, cum manifestissimum sit, de disparatis ita uniuersaliter nos locutos esse, ut intelligi facile posset, unam rem non posse esse alteram, vide licet quo ad essentiam. At panis nequam est Corpus Christi per essentiam, seu essentialiter ac substantialiter. Quid igitur aliud facit sublimis iste Theologiae dictator, quam quod in mari verborum, ut est apud Oratorem gracum, prædonem agit? In ijs vero, quæ addit, fortassis Carneadeum acumen ostentare voluit.

Negat recte à nobis dictum esse: Quod

IX.

B. 4 una

vna Disparatarum rerum, non sit altera (quamdiu non mutantur neq; misceantur) Hac, inquit, exceptio mutationis & commixtionis imperit inens est. Quæ vero cause tam graues sunt reprehensionis istius?

Pag. 32. Primum ait, Quia mutatio nimis generaliter appellatur, cum nequaquam omnis mutatio obstat negationi. Non enim quævis mutatio efficiet, ut unum fiat alterum, sed essentialis tantum.

Quasi vero Circumstantie verborum, quibus in germanico contextu usi sumus, non ostendant euidenter, mutationis nomen, hoc loco, non generaliter, sed in specie usurpari à nobis de mutatione essentiali, qua desinit substantia prior, Ut cum aqua in nuptijs Canæ miraculose mutatur, ut jam non sit amplius aqua, sed Vinum prestans & generosum.

Secundam Causam reprehensionis afferit: Quod data transubstantiatione, quæ est species mutationis, non amplius sit negotiū de rebus disparatis, & vana sit questio, num unum de altero dici poscit. Quæ enim disparata erant, unum facta sunt, & quia transiit unum in alterum, alterum est abolitum, quo ipso disparatarum Natura cœsavit.

At

Atqui hoc ipsum est, Cur exceptio illa mutationis inserta sit propositioni nostrae. Hanc enim ob causam, quod post mutationem (videlicet substantialē) disparata desinunt esse disparata: diximus disparata rū rerum unam non esse alteram citra mutationem; ut aqua & vinum disparata erant, ante mutationem per miraculum factam, Non dum enim aqua erat Vinum. Post mutationem vero miraculosam, quæ diuina Virtute Christi facta est, non jam aqua amplius est, Sed quæ prius aqua erat, Substantialiter facta est Vinum. Quomodo & Papistæ negant, hoc, quod panis fuerat, & ipsum Christi Corpus disparata esse, quia per mutationem substantialiem seu transubstantiationem desierit esse panis, & in locum eius successerit Corpus Christi. Non igitur impugnat, Sed confirmat exceptionem nostram hæc ratio, nec contra nos, sed pro nobis hic agit aduersarius iste, oblitus haud dubie suipſius, ut solent homines, Φιλονέκοι καὶ ἐριστοί sèpè afferre arma, quibus non tam alios, quam ſeipſos & causam suam lədunt.

Postremo & Commixtionis exceptionem  
impertinentem esse persuadere nobis hic  
Sophista conatur. Quia, inquit In multo non  
dicitur mel esse aqua, vel aqua esse mel, sed ali-  
quid tertium resultans, utrumq; est,

At vero non una illa commixtionis  
species est, quam allegat Sycophanta. Mis-  
cetur aer spiritibus nostris in Cerebro. Mis-  
cetur aqua modica, vel Cerevisiae vel Vino.  
Hic quae disparata fuerant ante commixtio-  
nem, Vnum quiddam sunt, mixta inter se  
proportione certa. Nam quia superat vis spi-  
rituum, & plus est Cerevisiae vel Vini, quam  
aque infusa, manet appellatio Spirituum,  
Cerevisiae, aut Vini. Neque absurdum est  
dicere, in his exemplis, disparatarum rerum  
nam fieri alteram propter Commixtionem cer-  
to modo factam, quae est causa alterationis.

Sed pudere debebat ὑπερφανος istum  
Pyrgopolynicen, quod ex tam tenuibus ca-  
villationibus celebritatem nominis aucu-  
patur.

Narrant historie, Domitianum Cesa-  
reminitio principatus sui, quotidie in Cubi-  
culum

culum secretum se abdidisse, ut seriæ meditationi grauiß : negotiorum intentus esse videretur. Sed cum ex ministris quidam per foramen introspiceret diligentius, vidit nihil illum aliud agere, quam MV S-  
C A S C A P T A R E, easq; stilo præacuto configere, Atq; is postea interroganti, esset ne quis intus cum Cæsare, lepidè respondit,  
NE MV S C A Quidem.

Simile prorsus artificium exercet Hoffmannus noster, ad ostentationē se totū componens, & gloriam eximia atq; excellentis opere, nauata Ecclesia captans, cūm tenuissimis tantum argutiolis & Cavillatiunculis indulgeat, quod perinde est ac si Culicibus & muscis insidietur. Quibus adeo non exempli potest, ut tandem ipse in muscam Venenatam, que secundum Salomonem, preciosa unguenta corrumpit, Metamorphosi quadam poëtica conversus, etiam que rectissime dicta sunt assultu & rostro suo inficiat & corrumpat, aut si hoc persicere non poscit, saltem alarum complosione strepitum ac sibilum molestum cieat. Ejus rei exemplum,

præ-

præter ea, quæ hactenus Commemorata sunt, præbet reprehensio descriptionis germanica Disparatorum à nobis propositæ. De qua in hunc modum scribit.

X.  
Pag. 32.

Non satis perspicere CAVTEL A illa proponitur. Quod disparata sint, quorum non est substantia eadem, nec necessario additur sed potius sit absq; ullo periculo omitti. Si enim eandem substantiam intelligis, quod substantia unum est: imprudente dictum est (einerley Substans) quod habet numerum totum, sed opus totum. Deinde rebus disparatis, non conuenit tantum ut alienum, non potest obstatre, itaq; inesse eximitur. Quod si eandem substantiam intelligis, ut est Petri & Pauli, nec hoc modo istam excipere oportuit, Quia cum nihilominus disparata sint persone, una non potest esse altera.

Quām ridiculum est, Sycophantam istum, perspicuitatem in nobis desiderare, quam res ostendit nullam esse in ipsius Oratione? Quid enim ista, quæ de verbo ad verbum, ex libro Hoffmanni recitavimus, Continent, nisi inanem & obscurum strepitum, quales muscarum bombi esse solent temere hinc inde Vagantium? Sed quantum

Con-

Conjecturis assequi licet, existimamus hos  
eum sonos quantumvis obtusos edere volu-  
isse.

Quod, scilicet, non opus fuerit, ut in  
descriptione Disparatorum adderemus ver-  
ba illa: Quorum substantia non est eadem. Hanc  
enim tum exceptionem, tum CAVTELAM  
non necessariam nominat more Iuridico, for-  
tassis, ut Musce quoque CAVTELAS  
Cepolla legisse videantur, & novitus iste  
Doctor inter Iurisconsultos Theologus, &  
inter Theologos Iurisconsultus repente ap-  
pareat.

Sed incepit, (hac enim voce delecta-  
ri videtur) quantumvis ferociens musca  
ista venenata, cum ex ipsa descriptione, seu  
equivalē, & interpretatione vernacula La-  
tinae Vociis disparatorum, Cautelam seu ex-  
ceptionem peculiarem efficere conatur. Cum  
enim in germanico Idiomate, vno Vocabulo,  
Vox Disparatorum exprimi non possit, εγν-  
ωντες diximus Disparata (de quibus hoc  
quidem in loco à nobis dicitur) res diuersas  
esse quarum non sit una eademq; substantia,

Nec

Nec aliud dicere voluimus, quam quod  
villator iste his verbis effert. Rebus diffa-  
ratis non Convenire tuuotuia. Nihil igitur  
opus erat exprobratione ὀμωνυμίας in Voce  
germanica Einerley. Cujus significatio ex  
collatione membrorū in qualibet Oratione,  
facile intelligi potest etiam à pueris, num de  
tuuotuia, id est, identitate an verò de ὀμωνυ-  
μίᾳ seu similitudine accipienda sit, Multo  
minus intempestina illa disputatione opus  
erat, qua ostentare se iste voluit, quod ubi  
tuuotuia est, ibi non posse locus esse predicatione  
disparatorum. Et quod Petrus & Paulus eius-  
dem sint substantiae (scilicet specie non nume-  
ro) & quod tamen disparatae personae sint. Que  
neque ignota nobis sunt Dei beneficio, ne-  
que contra nos, sed pro nostro instituto fa-  
ciunt.

Sed NOTO hac tantum, inquit, non re-  
gitabo neque exagitabo. Nos igitur (ut grati-  
am ei referamus, quod notatione non tam  
alicuius erroris nostri, quam Curiositatis  
sue contentus, exagitar e ista, quæ rectè di-  
ctas sunt à nobis, non voluerit) Monemus  
homi.

hominem, ne scipsum eiusmodi nugis deinceps deridendum atque exagitandum vi-  
ris intelligentibus præbeat: Et Melanthonianam illam Commones factio[n]em sequatur,  
qui in præceptis Dialecticis puerilem illam  
regulam explicans, Substantia diuersæ non  
dicuntur contraria, sed disparata, jubet vi-  
tare subtilitatem nimiam, Et versum citat.  
Crede mihi sapere est, non nimium sapere.

Quod si hanc quoque viri sapientis &  
communis Germanie præceptoris admonitio-  
nem sive notare, sive exagitare voluerit,  
fortassis ut subtilis & Seraphici alicuius  
doctoris titulum in Ecclesia mercatur:  
fruatur sane per nos patavotexvia ista sua,  
qua nihil nisi Vanum laborem habet, qua-  
lis illius fuit, qui grana ciceris ex spacio di-  
stante missa, in acum continuo & sine fru-  
stratione inserebat, Quem cum spectasset  
Alexander, donasse dicitur eiusdem legu-  
minis modio, Quod premium fuit illo opere  
dignissimum.

Sed ipse tandem sese nouo strepitu, ut XI.  
pergat ad alia, exuscitans, Medulla, inquit Pag. 33.  
huins

bnius propositionis est remotio regularis prædicationis, qua ut robur habcat, ita universalis esse debet, ut omnes regularium species simul & semel excludat. Bremenses autem negationem ad synonymam, quæ species est regularium, reducunt. In regularibus enim non tantum agitur de intergris definitionibus, quæ cum suo definito cœnōwū vupia converri possunt, aut cum idem de se ipsodicitur, sed etiam cum sigillatim species de individuo, vel de specie & individuo genus aut differentia, aut proprium, aut Accidens prædicatur, modum regularibus accenso prædicationibus, quæ certe non habent istam Synonymam rationem ad invicem. Nisi igitur cum ad Species transeat, remotioni expreſſe omnes inuoluantur, particularis erit negatio, atq[ue] ita robore destituta ad Conclusio nem necessario.

Satis appareat glorioſum 1ſtum Theologiaſtrum hærere atque impingere in appellatione prædicationis Synonyma. Hanc enim cum Synonymia confundit. Redeat ergo ad ſcholam cum pueris, & ex Cathedra paulisper descendens, ſepofito interim pileo Doctorali, in ſubſellijs repetat doctrinam de anteprædicamentis, ubi pueri docentur, quid sit prædicari οὐνόματος και ὄντος.

Nos

Nos lectori locum Damasceni subiiciemus  
qui cap. 8. Dialectices hoc modo discernit  
species predicationum. Vnivoca predicatione  
est, quando & nomen, & definitionem ipsius no-  
minis suscipit Subiectum, ut animal prædicatur  
de homine: & suscipit homo, & nomen & defini-  
tionem animalis. Animal enim est substantia ani-  
mata seu sensibilis. Sed & homo suscipit definitionem  
hanc. Et substantia enim est homo, & animata &  
sensibilis. Equivoca autem prædicatio est, quando  
nomen quidem suscipit, definitionem autem ne-  
quaquam, ut *imago* hominis nomen quidem  
hominis suscipit, non autem definitionem. Defini-  
tio enim hominis est animal rationale, mortale, in-  
tellectus & discipline capax. *Imago* autem neq;  
animal est. Non enim est animata, neq;  
rationalis,  
neq;  
intellectus & discipline capax.

Hac si didicisset aliquando Hofmannus  
iste, qui sibi ipsi tantam eruditionis persuasio-  
nem induit, non ita fæde ac turpiter insciti-  
am suam proderet in eo, cum predicationes  
*Synonymas*, tantum speciem quandam re-  
gularium predicationum esse affirmat, cum  
que negat, *Synonymè* de individuo prædicari  
speciem, vel de specie genus, aut differenti-  
am, aut proprium, aut accidens. Et tamen

ceu larva Depositoris assumpta, quales in  
beanorum convivijs adhiberi solent, pilos  
ac cornubus verendus, exclamare audet,  
quasi re praeclarè gesta & strage ingenti edi-  
ta: Deus bone, quot vexis scholasticis obnoxia  
est iactantia ista Ψευδωνύμος γράμματος? Et mox  
leniori vocabulo notationum utens, properare se  
quidem ad magis realia: & tamen monstrando  
quam manca & multila sit doctrina de predicati-  
onibus apud nos cognitio, quos ex suo ingenio rur-  
sus estimans, temere arrogantes vocat, attingere se  
ista voluisse, ait, ut dilueret hominū istorum Super-  
biā, & sobolem eius ferociā nonnihil retunderet.

At verò, si paria reddenda essent,  
arrogantisimo μαζαιολόγῳ, quam non esset  
difficile, Leoninam Cumano isti detrahere,  
Si forte ab hero agnitus, castigatione durio-  
ri ad officium revocari posset, retusa, ut lo-  
quitur, Superbia, & huius sibole ferocia. De  
qua non tam alios insimulare, quam semet-  
ipsum accusare merito debebat.

Verum cum non libeat nobis imitari  
scurrilem ipsius dicacitatem: relinquamus  
sanè personato isti & inepto Vexatori, Vexas  
illas suas, de quibus gloriatur, Scholasticus. Quas  
cum

tum legent viri graues & intelligentes, non  
modò audaciā hominis istus deprehendent,  
temere reprehendentis, quæ non intelligit,  
atq; flagitiosam oscitantiam atq; ignorantia  
suam, quam alijs tribuit, palam profitentis,  
sed etiam pertulantiam istam execrabun-  
tur, querentem delicias in peruerendis re-  
tè dictis, & in laceffendis temere atque  
exagitandis alijs. Quæ petulantia sive à na-  
ture vanitate, & superbia insolenter se effe-  
rente supra alios, sive à malitioso alijs no-  
cendi studio profecta sit, certe à professione  
nominis Theologici alienissima est. Verum i-  
ta plerumque sit, quemadmodum apud AE-  
schilum dicitur, η δε μωρία μάλισ' ἀδελφὴ  
& τωνηρίας ἔφυ.

Nec dissimulat ματαιόλογος iste, lusisse  
se hactenus tantum. Nunc enim, inquit, ad  
χοινόμεον accedam. Itane vero Sex Paginae  
integre perierunt Sycophantæ isti, ante-  
quam ad ea, de quibus controvertere no-  
biscum voluit accederet? Quid feret autem  
hic tanto dignum promissor hiatu? qui Inuo-  
luta se euoluntur, superflua ressecaturum, & or-

XII.

dine seruato, quod dicere voluerimus simplicissime & perspicue propositurum se pollicetur?

Iustum, inquit, Statutus habent Bremenses.

Pag. 33. b. Hanc locutionem, Panis Sacra Canæ est Corpus

& 34. Christi, esse prædicationem figuratam:

Hoc igitur affirmatum probandum est: Quia autem non libuit illis uti simplici Syllogismo, quia à definitione fuisse optimus, sed a remotione categoriarum specierum enunciationis, disiunctivo Syllogismo hoc fieri oportuit, cuius disiunctiva propositionis trium quidem est partium, propter tres prædicationis species, unicum tamen Syllogismum admissum, si in minore duarum negatio constitisset. Sed & hoc ipsis displicuit, ut præter superflua alia ad minimum gemino Syllogismo opus fuerit. Tales autem illi sunt, ubi aperie prodeunt.

### I. Syllogismus.

Prædicatio, aut est regularis, aut figurata, aut inusitata.

Rerum autem disparatarum, quales sunt Panis & Corpus Christi una de altera proprietate nunquam prædicari potest.

Ergo aut Figurata, aut inusitata erit enunciatio, cum dico Panis est Corpus Christi.

### II. Syllogismus.

Rerum disparatarum una de altera, aut Figurata, aut inusitata forma prædicationis dicuntur.

Sed Panis & Corpus Christi res disparatae, non

*non inveniuntur forma prædicandi inusitata.*

*Ergo debebitur illis forma figurata.*

*Probatio remotionis in minore, est autoritas D. Philippi, qui inusitatam speciem tantum designarit propositionibus de Filio Dei.*

Ostentare se, ut appareat, Hoffmannus voluit, ne prouersus ruditis haberetur Dialectica. Itaq; et si turpiter antea impegit, statim in primo limine præceptorum Dialectice, cum ruditatem suam prodidit in expli- canda prædicatione Synonyma, hoc tamen rectè nunc ab eo fit, quod ante quam disputet de argumento nostro, quod impugnandum si bi sumpsit, prius statum ex Scripto nostro repetendum esse putavit. Reprehendit au- tem consilium nostrum, quod disjunctivo po- tius, quam simplici Syllogismo usi simus. Hic enim à definitione, inquit, fuisse optimus.

Cur verò Musca ista hinc inde circum- volitans, non ad ea loca Scripti nostri se con- tulit, ubi definitionem Sacramentalium prædicationum (quas suo modo ad figuratas pertinere passim diximus,) ex Theodoreti & Augstini authoritate toties inculcavi- mus? Vnde vel pueris Syllogismum istius-

modi simplicem confidere licuisset.

Figuratarum predicationum species est,  
cum de Signo externo & visibili prædicatur  
res signata:

In hac locutione Sacramentali: Panis est  
Corpus Christi, quod pro nobis est traditum,  
prædicatur res signata, videlicet Corpus  
Christi, de Signo, id est, de Pane.

Ergo hæc locutio Sacramentalis, Panis  
est Corpus Christi pro nobis traditum, est  
figurata.

- En igitur Hoffmannne Syllogismum sim-  
plicem, si omnino talem à nobis requiris.

Quòd autem Syllogismum disjuncti-  
vum à nobis positum hac Cavillatione sug-  
gillas, quòd gemino syllogismo opus sit, ad  
illum euoluendum: vel ignorare, vel callo-  
de dissimulare videris, quòd pueri etiam,  
qui Dialecticam à primo limine salutârunt,  
sciant nihil esse frequentius, quam in te-  
xendis Syllogismis, studio breuitatis, ad  
Conclusionem Syllogismi principalis addere  
aliquid consequens, juxta regulam: Quic-  
quid sequitur ad consequens bone conse-  
quen-

quentiae, sequitur & ad antecedens.

Nihil autem necesse fuit, in sermone vernaculo terminos scholasticos à nobis usurpari, Quod si factum esset, multò magis columnia tibi parata fuisset, à qua Initium hujus disputationis supra fecisti, Superbi & arrogantis esse in scripto germanico artium terminos sollicitè urgere.

An verò ita imperitos nos esse puerilium exercitiorum putas, ut si libuisset, ea ipsa forma, quatuor unicum Syllogismum fieri debuisse dicis, contexere argumentum nostrum non potuerimus? Nam cùm idem argumentum varias formas recipiat, ceu laus est cere, mollis cedensque sequatur, si doctos digitos, iussaq; fiat opus: Quid facilius fieri à nobis potuisset, quam hoc modo argumentari?

Omnis prædicatio aut est regularis, aut figurata, Philippus verò tertiam speciem primus adieci, videlicet Inusitatam.

At hec propositio, Panis est Corpus Christi pro nobis traditum, non est regularis prædicatio: Quia disparatū de disparato

dicitur, quod regulariter fieri non potest.  
Aut si quis Philippica distinctio reti-  
nenda sit, ne quidem ad inusitat as referri  
potest, Quia author huius appellationis in-  
usitatam predicationem tantum ad proposi-  
tiones de filio Dei incarnato retulit.

Est igitur haec propositio, Panis est Cor-  
pus Christi pro nobis traditum, figurata.

En tibi Hoffmannne etiam disjuncti-  
vum Syllogismum unicum, nisi quod proba-  
tio Minoris intexta est: ne tu dicas, quod  
jam pridem obijcis, in Minore non constitisse  
negationem duarum partium, qua removenda  
fuerint.

Sed verissime à Comico dictum est:  
Homine imperito nihil quidquam vidi in-  
justius, qui nisi quod ipse facit, nihil re-  
ctum esse putat. Tu enim tuo libitu atque  
arbitratu ex nostro argumento, alias atq[ue]  
alias formas Syllogismorum tibi sculpis,  
Idq[ue] ita facis, ut imitari velle videaris lani-  
os imperitos, qui multas parvas particulias  
faciunt: Et nobis non concedis jus, ut ar-  
gumentum nostrum ea forma exprimere-  
mus

mus, qua in Vernaculo sermone commodissimum fore judicavimus. Ac miramur tibi tam exiguè & exiliter omnia nostra ad Calculum revocanti, non in mentem venisse, ut peculiarem reprehensionem institueres, quod etiam ordinem Syllogismi naturalem, dedita opera mutavimus in germanico, prius recitata Minore, quam maiore propositione, Sed in Rhetorum scholis forte tūm audivisti, Orationem popularem liberiorem & pleniorē esse, quam sunt consici & nudi Dialecticorum Syllogismi, & plerumque argumentationes inchoāri à Minori.

Cum autem profitearis, te superflua XIII.  
omnia resecare velle: & ex geminis illis  
tuis Syllogismis priorem nobis totum conce-  
das: Cur non contentus fuisti posteriore al-  
tero, de quo dimicatio est?

Rerum disparatarum una de altera,  
non regulari, sed aut figurata, aut inusita-  
ta forma prædicationis dicitur.

Sed Panis & Corpus Christi, utpote di-  
sparata, non junguntur forma predicandi

inusatata, quam D. Philippus tantum aff  
gnavit propositionibus de filio Dei.

Ergo Corpus Christi prædicatur de Pan  
figuratè.

Pag. 34 b Hunc enim Syllogismum, aīs deinceps,  
te improbare ob remotionem iusitate prædicatio  
nis in Minorī, quæ ratione ex natura prædicatiois  
petite palam aduersetur. Quæ uero est illa ratio?  
Cui, inquis, Competit definitio, ei definitum com  
petit, & non est denegandum. Sacramentalibus  
locutionibus competit definitio iusstatarū. Est e  
nim Inusatata prædicatio, quæ disparata, per my  
sticum, & nec regulare, nec figurato conuenien  
tem modum unita, Sacro sermone de se invicem  
verè prædicat. Sacramentales autem locutiones  
disparata iungentes, de quibus hic est disputatio,  
sacri sermonis usu, & modo mysterij vera sunt.  
Omnium vero confessione negantur regulares, te  
stimonio etiam cuiusdam apud adversarios ma  
gni nominis, figuratarum naturam respūnt, id  
quod insuper immota demonstratione firmatum  
est supra: Ergo Sacramentales istas locutiones re  
tius inficiaberis irregulares, & figuratas, à qui  
bus ipsa natura disident, quam iusstatas, quibus  
suo modo se accommodant.

Hic si tuo more in lente vnguentum  
quarere vellemus, causam forte haberemus  
repo-

reponendi tibi illa tua, quæ supra in nos ca-  
lumniose detorsisti : Studere te variarum re-  
rum intricate Coäceruationi : Et rem extrica-  
re vel non potuisse vel noluisse, quorum nentrum  
sit laudabile.

Sed rem ipsam potius persequemur. O-  
mnis definitio, inquit Iurisconsulti, (quo-  
rum sermone te delectari supra observavi-  
mus, fortassis quia magnificentia tuae ali-  
quid accedere inde putas) periculosa est.  
Meminimus etiam D. Philippum sepe di-  
cere. Non cuiusvis artificis esse, rectè defi-  
nire. Cur ergo hoc tibi sumis, ut novam in-  
usitatæ prædicationis definitionem in me-  
dium afferas, & eam quidem hujusmodi,  
ut cognitionem lectoris verba ipsa & sen-  
tentia verborum effugiant? Quis est enim  
ille modus mysticus, qui nec regulari, nec si-  
gurato conveniat? Deinde quid est, quod  
dicis, disparata per mysticum & nec regulari, nec  
figurato conuenientem modum V N I T A esse?

Respicit modus mysticus unionis, haud-  
dubie rem ipsam, id est, modum unionis  
disparatorum. At regularem & figuratum  
modum

modum nemo unquam præter te ausus est  
dicere ad unionem rerum pertinere, cum  
prædicationis modus saltem designetur istius  
vocabulis.

Præterea et si nemo ita prophanus est,  
quin fateatur sacramentales locutiones sa-  
cri sermonis usu, & modo mysterij veras es-  
se, tamen non propterea figurata esse de-  
nunt.

Cum dico, Flamma in ore Apostolorum,  
aut Columba descendens super Christum,  
aut halitus quem Christus ex ore suo efflat  
in discipulos, est Spiritus Sanctus, Vera est  
prædicatio, & Sacri sermonis usu, & modo  
mysterij, videlicet quia cum ipsis rebus visi-  
bilibus conjuncta erat exhibitio Spiritus S.  
Figuratum tamen prædicationis modum es-  
se, negare nego, ausis, neque si velis, possis.

Ergo stare utrumque potest, Sacra-  
mentales locutiones, usu sermonis sacri, & my-  
sterij moda veras esse: Et easdem tamen  
ad prædicationis modum figuratum con-  
gruere.

Et quam tu inniciatam prædicationem  
esse

esse definis, qua disparata per mysticum modum  
unita sacro sermone de se inuicem vere predicen-  
tur. Eam nos multò rectius prædicationem  
figuratam & sacramentalem nominare pos-  
sumus, ea quidem ratione, qua veteres no-  
men mysterij peculiariter sacramentis tri-  
buunt, propterea quod foris aliud cernitur,  
aliud intus animo intelligitur,

Nimis autem apertus dolus est, quod  
testimonio cuiusdam magni nominis Viri, Sacra  
mentales locutiones naturam figuratarum prædi-  
cationum respuere, & à figuratis ipsa natura disibi-  
dere ait.

Nam quia tu ipse pagina tui libri 21.  
ad locum in Orthodoxo consensu fol. 152.  
pronocas: cogitare debuisti, non defuturos,  
qui locum eum inspecturi essent, atque inde  
percepturi, quam dolosè fallaciam commit-  
tas ad dicto secundum quid, ad dictum sim-  
pliciter. Non enim ὅπλως & in uniuersum  
ille, quisquis fuit, quem Orthodoxus consen-  
sus celebrat, figuratum modum prædicatio-  
nis negauit inesse locutionibus sacramen-  
talibus. Sed hoc voluit, non vulgarem, sed  
in his agnoscere figuram, quæ in nuda signi-  
fica-

ficatione consisteret, Et tu, si bona fide ager-  
Voluisses, non mutilare debuisses locum il-  
lum, ad quem, in Orthodoxo consensu, pro-  
vocas, Sed quid mirum? Si σερφοδινίας, in-  
iteris, qui aut leges mutilatas citant, aut  
dextram legum interpretationem pver-  
tunt, ut fucum imperitis faciant?

Cur enim omittis in testimonio magni  
illius viri, quod HACTENVS veret  
se dicit figuram admittere? Cur taces, quod  
testimonium illud probet Orthodoxus Con-  
sensus, Si DEXTRE INTELLIGA-  
TVR, Quod quomodo faciendum sit proli-  
xe ibi declarat.

XIII.  
Pag. 34. De Philippo Melanthone verò (quem  
nos primum authorem esse diximus appella-  
tionis Inusitatārū predicationum) qua fron-  
te scribere audes, Audacius quam parsit pro-  
nunciare Bremenses quòd ad inusitatam pradī-  
cationem duntaxat propositiones de filio Dei retu-  
lerit? Quae enim exclusiva fortior esse po-  
test? quam quòd in Dialecticis Philippi di-  
citur, Inusitus modus est in propositionibus  
de filio Dei. Quarum non sunt alia exempla

in tota rerum uniuersitate. Quod perinde est,  
ac si dixisset: Sole propositiones de filio Dei  
incarnato pertinent ad prædicationem inu-  
sitatam. An non ergo pudet te negare,  
quod exclusa in textu Melanthoniano re-  
periatur? Et qualis qua soilla tua Cauilla-  
tio est? Licet dicatur earum non esse alia exem-  
pla in tota rerum uniuersitate, tamen hoc potius  
exceptionem à regularitate uniuersi innuere,  
quam ut aliarum iusitatarum & Sacrarum  
verarumq; vniōnum exempla, præserit si doctri-  
na eorum exquisitus tradenda sit, rejiciat.

Exquisitus te tradere posse autumas ista,  
quam Philippus explicārit. Sed tute corni-  
cum oculos configere posse putas, ut dignus  
videare illo elogio, quo post paginas duas  
ēgōvīnōs iudicare alios conaris: Verè hic  
discipulus præceptorem D. Philippum magno post  
se relinquit interuallo, INSCITIAE scilicet spacio  
à Viro doctissimo separatus. Et quæ te queso de-  
mentia cepit, quod cum vniōne persona dua-  
lirū naturarū in Christo, (cujus descriptionis  
ad iusitatas prædicationes retulit Melan-  
thon) aliarum vniōnum exempla confun-  
dis? quæ habent sanè sacram veramque

vniō-

unionem, & σοιωδῶς tamen, ναι ὑπεραντιῶσ-  
ναι ἀχωρίσωσ unita non sunt.

Vera quidem & Sacra unio est, que Sa-  
cramentalis nominatur, Sed prædicationis  
modum disertè retulit Melanthon ad si-  
guratas, i. Corinth. 10. & 11. Itaque glossa  
lis tuis diffidens, quibus Melanthonem in  
partes tuas attrahere frustra niteris, ultrò  
tandem Flacianico more autoritatem eius  
abijcis, & quasi non eadem ratione appella-  
tio quoque ipsa inusitata prædicationis à  
philippo primū usurpata repudiari posse,  
retinere tamen, Si Dīs placet, prædicationem  
inusitatam conaris, abiecta interpretatione  
authoris.

Ponendo, inquis, D. Philippum tantum pro-  
positiones de filio Dei inusitata paœdicationi subiecis-  
se: haud iniuria porro, tamen queretur, num qua  
D. Philippus in artibus statuit, ea non tantum sint  
oracula per se, & suo loco immota, sed etiam in pra.  
indicium veritatis Cœlestis urgeri debeant?

Vtinam, Sycophanta, idem observares  
cum tuis, quoties Lutheri, quoties Brentij  
vestri nomen anteceptis opinioribus vestris  
prætexitis. Si enim oracula immota non  
sunt

Sunt, ut certè non sunt, nisi quantum Ora-  
culis Scripturæ Sacré nituntur, quæcunque  
ab hominibus, quantumvis magnis & eru-  
ditis prolatæ sunt: Cur in præjudiciū verita-  
tis cœlestis illa ex eorū scriptis urgetis, quæ  
authoritate Scripturæ probari non possunt?  
& cur in horum Scriptis judicandis, non se-  
cundū, sed contra Scripturā pronunciatis, ut  
sit in hac ipsa controuersia Sacramentaria?

Nam quæ aliqui feroore conten-  
tionis alicubi incommodius scripserunt,  
ea pertinaciter urgere non desinitis. Quæ  
uerò in scriptis eorum, ad normam Scriptu-  
rae Sacré congruunt, quæq; cum Orthodoxæ  
Ecclesiæ omnium temporum consensu Catho-  
lico consentiunt, Ea (quia palato vestro non  
sapiunt, quia ad superbiam & fastum ve-  
strum non conducunt, quia opes & redditus  
vestros non augent, quia gratiam & fau-  
rem hominū vobis non conciliant) perpetua  
silentio obruere, & in his, qui vita & for-  
runarum suarum discrimen adire, quam ve-  
ritatem agnitam abijcere malunt, non de-  
sinitis Conuictus incessere, odijs vatinianis

D pro-

prosequi, deniq; fraudibus Sophisticis, & vi  
aperta, quantum iu vobis est, opprimere? De  
quo nolite dubitare, graues vos aliquando  
rationes Deo reddituros esse.

Pag. 55 b Nam te Hoffmannne nequaquam bona  
conscientia Causam hanc agere, tota paget  
la sequens ostendit: In qua, ne disimules, vt  
ais, quod fert sententia tua, ingenue fateris,  
nolle te aduersari figurata locutioni, ne λογοφα  
χία exciteatur, si sub figura quis recipiat Synec-  
dochen illam, quam D. Melanthon in Diale-  
ticis ponit & explicat, nec non D. Lutherus in  
propositionibus Cena admisit. Et quasi rem no-  
uam, & abs te primum inuentam afferas,  
admodum sapere tibi videris, quod decla-  
mitas, sub titulo figurata predicationis gene-  
raliter complecti D. Philippū voluisse, cum tropos  
illos, in quibus significatio propria unius alicuius  
vocis mutatur, cum figuræ eas, quibus non iam  
singularum vocum proprietas, quam modus attri-  
butionis seu οἰκοτοπία & habitudo predicati ad sub-  
iectum a regulari predicationi deflectit.

Hæc cùm tu ipse supra confessus sis, atti-  
gisse nos in Scripto nostro germanico, cùm  
aduersarijs nostris discriminem inter tropos  
& si

Et figuræ in memoriam revocauimus: Quid  
est, quod insidias doctrinæ Cœlesti nos struere Ca-  
lumniari, approbata confessione figurata locutio-  
nie in verbis Cœna? Et tibine, (qui Kuw<sup>G</sup> Pag. 35.<sup>r</sup>  
dūpīas exwv, in laceſſendis alijs tam procax  
es) an nobis (quibus adversarij inevitabi-  
lem necessitatē defendendā innocentia  
noſtre, & cauſa publica afferunt) Superbien-  
di & nocendi, de quo hic loqueris, Studium reite  
ac conuenienter tribues?

Cumq; de appellationibus diuersis earun-  
den figurarum, Grammatici ipsi inter ſe  
certent, & adhuc ſub iudice lis ſit, Cur cūm  
professus ſis λογοπαχία te fugere velle, Me-  
tonymiam Sacramentalem Philippi poſtea  
reijcis, que (ut diſertè ſcripſimus) eodem lo-  
co à nobis habetur, quo Synecdoche. Ni-  
rum ſi ad Sacramentorum naturam accom-  
modetur utraque, neq; de Signis nudis, ſed  
de exhibitione rei Signata, que fit in logiti-  
mo uſu ſigni intelligatur.

Nec aliter D. Philippus in Scriptis The-  
ologicis Metonymiam Sacramentalem ex-  
pliavit ipſe, quod ad prædicationis modum

attinet, quām sicut in Dialecticis Synecdochen ad propositionem integrām accommodavit.

Nominat enim, ut tuipse locum totum recitas, Synecdochēn, hanc predicationem figuratam, Flammæ in ore Apostolorum erant Spiritus Sanctus, significans nimirū Specialem præsentiam & efficaciam Spiritus, Sancti, cuius substantia alioqui, utpote infinita, non uni rei magis, quām alteri adesse, id est, replere omnia recte dicitur. Cum hac explicazione Synecdoches, cur non coniunxisti Melanthonianam declarationem propositionum de Cena, quæ in enarratione ipsius in priorem ad Corinthios extat?

Calix (inquit) est Communicatio Sanguinis Christi, id est, ILLA RES externa visibilis, qua Sanguis Domini nobis exhibetur. Sic panis quem frangimus est ILLA RES externa visibilis, qua efficiuntur Socij & membra Corporis Christi: Sicut dicitur, Euangelium est potentia Dei, id est, illa res seu instrumentum, quo Deus est efficax. Et rursus: Hic est Calix, nouum testamentum. μετωνυμία est, ut si dicam, Fasces sunt imperium Romanum.

Agnoscis ne φιλαππούσις Crocitatis  
entis

tiones Coruorum te imitari, & λογομαχίας  
serere, Cum de Synecdoche, ut est à Melan-  
thonē explicata in Dialecticis, atque ita de-  
figurata prædicatione Consensum esse fate-  
ris: Interea autem negas, te assentiri Philip-  
po ponenti Metonymiam, quam sic explicat  
in propositionibus Paulinis de Pane & Cali-  
ce, ut dilucide non obscurè doceat, se intelli-  
gere attributionis modum eiusmodi, quo nō  
significatio nuda ostendatur, sed simul com-  
prehendatur exhibitio rei Signata in usu le-  
gitimo. Ex quo sequitur, Metonymiam Sa-  
cramentalem non minus ad propositiones  
integras accommodari à D. Philippo, quam  
in Dialecticis Synecdochēn dixit esse in  
hac oratione, Flamm& in ore Apostolorum  
erant Spiritus Sanctus.

Insignem verò Calumniatorem te osten-  
dis, Cum posita Metonymia Sacramentali, (quam  
tu cum vulgaribus tropis Confundis) Calui-  
ntanos, inter quos Philippum numeras, improbē  
ac impudenter mentiris, verum esse negare quod  
Christus dixit. Quid enim contra hanc Ca-  
lumniam efficacius dici potuisset, quam  
quod Philippus de toto genere figuratarum

XVI

D 3 predi-

prædicationum scripsit in Dialecticis? Figurata prædicatio est in Sermone im proprio, ubi tamen sententia VERA est. Et in nostro scripto legere potuisti, quod diserte diximus Christum non minus Veracem esse in sermone figurato, quam regulari & proprio.

De Aspaste uero quæ scribis, ea cum ad Hieronymi sententiam ab eo citatam, et abs te finitè detortam, imo & mutilatè initio tui libri positam pertineant, ad eum ipsum auctorem Pa. 543. te remittimus, teq[ue] hortamur, ut & Dei timorem (ne temere alios accuses, in quibus tu ipse accusandus es) & Candorem (ne dicta Scriptorum, siue Veterum siue recentium cælumnios è interpreteris) in Dei & Ecclesiæ conspectu, maiorem deinceps adhibeas.

## XIX.

Postremo ad tuas, (quas sic vocas) notationes in Bremenses reuersus, Non posse te praterire ait TVIDORVM illorum doctorum pudendam incogitantiam, qua fide hallucinantur, cum dicunt: Ad prædicationem insustitiam pertinere solas propositiones de filio Dei: quæ vera sint per Communicationem Idiomatum. Et ut festivus esse videaris, Ironice addis, hos discipulos, præceptorem D. Philippum magno post

post se interualllo relinquere, in scitiæ scilicet spaciis  
a viro doctissimo separatos. Hec nobis legen-  
tibus, in mentem venit joci, qui de Platone  
et Diogene narratur. Calcabat Diogenes Cul-  
citram Platonis, presentibus aliquot Diony-  
sij amicis, quos Plato ad conuiuium inuitauer-  
rat. Et facti rationem reddens, Calco inquit,  
Platonis fastum. Huic Plato, Calcas, sed alio  
fastu. Erat enim hoc ipsum fastus, quod am-  
bitiose ex fuso virtutis laudem captabat. Et  
superbia ipse tumens, alienam superbiam  
calcare se putabat. Idem facere nobis vide-  
tur Hoffmannus, qui ne quidem canina sua  
maledicentia Cynico isto inferior est.

Tumidos nos doctores vocat, cum uerè sit  
ipse, ut est in proverbio, κόρη πατέρος.

Incogitantiam nobis obiicit & hallucina-  
tiones, quibus vitijs totus liber ipsius sca-  
tet. Inscitiam nobis in pingit, qui cum ipse  
sibi eruditionem omnem solus tribuat, cogi-  
tare debebat, quod AESopus respondit.

Nihil nobis ab ipso eruditionis relic-  
tum esse, ideoq; non habere, quod conquera-  
tur de nostra inscitia.

Sed

Sed audiamus tamen, qualis error ille  
sit, quem se animaduertisse ait. Si, inquit,  
solas propositiones de Filio Dei, que sunt verae per  
Communicationem Idiomatiū, retuleris ad classem  
in usitatarū locutionum, tūm hæ propositiones, quas  
ibi adscripsit D. Philippus: Deus est homo: Ver-  
bum caro factum est: Vera statuerunt per Com-  
municationem Idiomatum, quod nec est, nec D.  
Philippus somniauit. Nam ut eruditè & rectè  
Beza in prefatione cuiusdam libri Hessiandri  
scripsit (Veritas enim etiam in hostelandanda est)  
nec Dei, nec hominis nomen est idiomatum, sed  
εστιασ σημαντικον, ut taceam absurdia, quæ con-  
sequuntur, si Deus sit homo per Communicationem  
Idiomatum, cùm illud fiat per unionem persona-  
lem naturarum, cuius unionis consequens est Com-  
municatio Idiomatum.

Hæc tu Hoffmannne, in eo certè laude  
dignus, quòd modum in usitate prædicatio-  
nis, vel nunc tandem agnoscis, ab alijs præ-  
dicationib. discernendum esse, non secundū  
Sacramentales locutiones, sed secundum ea  
exempla, quæ D. Philippus author hujus ap-  
pellationis in dialecticis suis posuit, Et quòd  
veritatem ais etiam in hoste laudandā esse.

Deniq; quòd ab Ubiquitariorum impijs,  
et q; in Christū Blasphemis paradoxis, quibus

unio

vnio personalis & Communicatio Idiomatū confunditur (hoc est, utrumq; planè euertitur) dissentire te profiteris, sicut alibi etiam ab ipso ubiquitatis seu omnipresentie Carnis Christi prophano dogmate palam sententiam tuam sciungis, & vel in hac parte istius controuersie, quæ hanc Ecclesiam nostrā ante annos plures quam viginti horribiliter turbauit, assentiri te nobis ostendis.

Etsi autem ex ipso D. Philippo demonstrare tibi possemus ad Communicationem Idiomatum referre, Philippum promiscue Propositiones omnes, in quibus de filio incarnato, subjecti locum vox concreta obtinet: Quod & scholasticos fecisse constat: Tamen ne λογομαχίας persequi velle videamus, Nos quoq; maioris perspicuitatis & distinctionis causa, fatemur Propositiones illas DEVS est homo: Et verbum Caro factum est, pertinere ad unionem ipsam describendam, quæ est fundamentum & basis κοινωνίας idiomatōv, id est, predicationis illius, qua quod uni naturæ proprium est, tribuitur personæ in Concreto. Ideo enim

D s vera

Vera est hæc forma prædicationis, quia ha  
due naturæ, λόγος & natura assumpta sunt  
unum ī Φισαμένοι.

Pag. 38.

Quod autem deinceps Subjicis: Certum  
est, non omnes propositiones de filio Dei esse inusita-  
tas. Cum dico Filius Dei est aeternus. Filius Ma-  
riae est passus, non minus regulares sunt haec propon-  
tiones: ac si dicam: Homo est mortalis. Verum  
etiam hoc est, in istis non habere locum κοινωνί-  
αν ιδιωματῶν, quare huius mentione earū non po-  
test fieri exclusio. De eo nūc contendere tecum  
nihil attinet, cum hoc loco prorsus sint ἀπόστολοι  
διόνυσοι. Nam Philippus satis ostendit se non  
simpliciter loqui de omnibus propositionibus  
filio Dei: sed quæ ratione hypostatica unionis  
de Christo dicuntur. Itaque illa, filius est aeternus  
omnino hoc non pertinet.

Præterea si tuo more voculas captare vel-  
lemus, cautè hoc accipiendum esse diceremus  
quod inconsideratè misces hanc propositionē,  
Homo est mortalis: cum non totus homo mor-  
te destruatur, sed Corpus tantum: Negat  
aeternū esse, accidens est filio Dei, sicut mortale  
est accidens humano Corpori. Sed commodi-  
tus te sentire in his, quam locutum esse exi-  
stimo

stimabimus. Et similem candorem in aliorū  
scriptis legendis prestare te decebat.

Quod ergo addis, delitias militares  
captans: (Dulce est enim bellum inexpertis)  
Videndum esse, quām periculōsum sit munire  
tergum & nudare pectus. Et nos vel exclusisse pu-  
tas propositiones principales à D. Philippo annota-  
tas, atq; ita, totum genus inusitatarum propositio-  
num annihilasse, vel eas per novawicay idiomat-  
icay deprauasse In eo Sycophantam te rursus  
præbes. Πονηρὸν δε inquit Demosthenes, πονη-  
ρὸν ὁ συκοφάντης αἱ, Επαυταχόθεν Βασιλεῶν  
καὶ Φιλαίτιον. Et tamē ne vel incomode alio-  
rū dicta pertinaciter tueri, vel simplici ve-  
ritati deesse velle videamus, Rogamus te  
inquisitorem prauitatis heretica, aut potius  
vanissimū vitilitigatore nostrū, ut ne gra-  
ueris inspicere locū scripti nostri jam pridem  
contra ubiquitatis Apostolū I. An. editi Pag.  
295. ac quod illi de inusitatis prædicationib.  
respondimus, tibi quoq; responsum esse putas.

Cumulat autē siue Calūrias, siue ineptias  
suas Hoffmānus, cūm in fine refutationis ad-  
uersus nos peculiariter institutæ ludit gene-  
ratib. & ab iugis locutio: ut cūm negat novaw-  
icay idiomatay sermonistropū esse (quasi vero

XX.

Pag. 38.b.

tropi vocabulum nongeneralius sepe accipiatur) Cumq[ue] de àλλοιων verbali lectori verba dat (perinde ac si idem sit prædicatio vera & falsa) deniq[ue] cum ad manipulares nostros, quos sic vocat, nos alegat. (Quos alios nos nō agnoscimus, quā quibus cùm, secundū scripturæ sacre normā, & purioris Ecclesiae indubitate testimonia de fide orthodoxa nobis conuenit, cuius summa etiā in Augustana Confessio ne dextrè intellecta cōprehensā esse scimus.

Sed de his, cùm non libeat nobis, occupatis grauioribus vocationis nostræ laboribus, cum Suffeno isto, & per Φιλαυτίας prorsus excæcato verba facere diutius, finem responsonis huius nostræ faciemus, Monentes hominem, ut illud quod de Cælo descendisse fertur Γνῶθι σεαυτὸν, Nosce te ipsum, Et quod Cræso respondit oraculū σαυτὸν γιώσκων, εὐδαιμων κροῖσε περάσειτο. Fælix Cræsus erit, bene si se nouerit ipse, discat & obseruet deinceps maiori cura, ne si ita, quemadmodum capít, τὴν ἀλαζωνίαν ναι Φιλαυτίας queruera ut Plato dixit, πρῶτον καὶ μεγέστη ἐστὶ κακὸν τοῖσι αὐθεόποιοι indulgere per-

perrexerit, amandetur ad eos, de quibus Re-  
verenda memoriae D. Lutherus alicubi scri-  
psit his verbis, Quæ monendi Hoffmanni &  
eius similium causa (ut in ijs se tanquam in  
speculo aut imagine sua contemplentur) ad-  
içere non grauabimur.

Sic igitur D. Lutherus de Superbis &  
fastuosis Theologis novitys. Fühlest  
du dich aber / vnd lessest dich dünenken  
du habest es gewiß / vnd kitzelst dich mit  
deinen eigen Büchlin / lesen / oder schreis  
hē / als habest du es seer kostlich gemacht /  
vnd treslich gepredigt / Besellet dir auch  
seer / das man dich für andere lobe / will  
auch vielleicht gelobet sein / Conſt wüns-  
dest du travoren oder ablaffen.

Biftu der haar / lieber / so greiff dir  
selber an deine ohre / vnd greifsttu recht,  
so wirfstu finden ein schön par / grosser /  
langer / raucher Eselohren.

So wage vollend die kost daran /  
vnd schmücke sie mit gülden Schellen /  
auff das / wo du gehest / man dich hören  
kündet

Lünde mit fingern auff dich weisen vnd  
sagen/ Sehet/ Sehet/ da gehet das feine  
thier/das so kostliche Bücher schreiben vñ  
trefflich wol predigen kan/ Alle den bist  
du selig vnd uberselig im Himmelreich etc.

Es heift aber. Deus, superbis resistit  
humilibus autem dat gratiam.

Deo Soli gloria.



Ε'ΙΣ ΜΕΓΑΦΡΟΝΟΥΝΤΑΣ.

 Αρσος τ' ἀρχαλέον λίτω νόσημα,  
Τὴν ἀσφέλιν παραχεῖμ' αλαζούντα  
Τίκτει, ἵδε Φιλαυπίαν Βεβήλην.  
Καὶ πάσαι κακομήχανοι βροτοῖσι  
Φαύλων ἀπαγγείσθι μὲν, τέλος δὲ  
Εκθαίργοι τὸ θεῖον γ' ὡς μάλιστε,  
Τίπτουν ἀμερανῆπι ἀυτέρεστοι  
Ανθρωπίσκε πολυτεόπως ραχιστοί.  
Αἰδί σπερμολόγοις παχόνθ' ομοιον  
Χροῦ ήθος ἔχεις, τ' ἀλαζούντα.


μαλλον

Μᾶλλον δ' ἀυτῷ βοᾶς Εἰξιβρίζεται  
Πλάγτεις; ὡς ἄν, ιδὲν, ἂψ πελούπες  
Θησαυροὶ ὀλίγηροι εὔσλιαθοι,  
Εἰκάσι, Βλαβέρ, ἀστενεῖς, δύσουροι,  
Οὐδιπάς δοκεῖς ἐὰν βέβαιος  
Εἰέκτοιο τυχὰν χροός; τ' ἄκιδυα  
Καλῶν σπέπτεο κρινέαν ιάνθη,  
Φώδρας τ' ὀκηρύδρος. σκιᾶς ὄνδρος  
Ρώμην καὶ Βιοτήν Βροτῶν ἀπάντων.

Αἰδ' ἦγῆ σε πελεσκέμεν μαθόυτα,  
Μέμνησ' αὖ πόσ' εἴ τι γνοεῖς ἀγῶντε  
Οἴδ', οὐδὲν αἰσκαπότ' αὐν δύνηαι.  
Καὶ πρῶτον μάθε, γνῶθι τοι σεαυτὸν,  
Αρχὴν δηλονότ' ιδρίας ἀληθοῦς.  
Οὐτως τοι κέρατ' αὐτάδεικοπάσι,  
Καὶ δηγ' αὖ αὐτίκα ἔργεαι μάλ' εἰδῶς  
Θηγτοῖσιν χαριδεῖς Εἰμιβρόταιοι.

Τέλος.

F. E.



OCN 66826215